¶ Item qđ quicunque uendiderit vinū in groſſum tp̄e uendemiaꝝ, et apportatū fuerit in ciuit. uſque ad feſtum omniū ſanctoꝝ. qđ gab. q̄ inde ſolui deberet applicet, & ſolui debeat emptori gab. uini ciuit. Et illud quod fuerit uenditum a tempore dicte feſtiuitatis ultra licet aportatum fuerit in ciuitatē qđ gab. inde ſolui debeat ad petitionem emptoris gab. uini comitatus.

¶ Quod nullus not. qui non ſit matriculatus in collegio notarioꝝ poſſit ſe rogari de aliquo cōtractu.

CVm multipliciter contigerit in preteritum, & i futurū poſſet ſimiliter euenire quam plurimos cōtractus, & inſtrumenta uarias que ſcripturas condi rogari, & celebrari tam in dicta ciuitate, et comitatu quam extra dictā ciuitatē, & comitatum per not. forenſes, & etiam alios nō matriculatos in collegio iudicum, & not. dicte ciuitatis de quidus ueniret ex forma ſtatutoꝝ dicte ciuitatis ſoluenda gab. & non ſoluitur ex illis neque aſſignantur in libro gab. ut ex eis ſoluatur in p̄iudicium comunis dicte ciuitatis. Id circho M. D. Dn̄i priores populi dicte ciuit. una cū eoꝝ cōſilio, &c. Sta. & ord. hac lege ꝑpetuo ualitura. Qđ oēs, et ſinguli ciues, & comitatini: Ac etiam habitantes in dicta ciuit. uel eius comit. Qui aliqđ inſtrumentum contractum, et aliam quamuis ſcripturam ex qua ſolui debeat gab. ex forma ſtat. dicte ciuit. exceptis dumtaxat ultimis uoluntatibus, nō poſſint nec ualeant ullo modo nec aliquo queſito colorē tale inſtrumentum contractum, & aliam quamuis ſcripturam facere rogari ſcribi, & celebrari p aliquē Not. qui non sit matriculatus in collegio iudicum, & Not. dicte ciuit. niſi talis contrahens uel aliam quis ſcripturam celebrans diſtaret a dicta ciuit. per. xxv. miliaria uel infirmitate grauatus aut guerraꝝ turbine aut inimicitia impeditus p̄dicta facere nequiret, quibus caſibus uel aliquo ipsoꝝ occurentibus, & legitime probatis coram maiore off. gab tunc liceat contrahentibus: & aliam quamuis ſcripturam facientibus & celebrantibus per quemcunque Not. uoluerint tale iſtrumentū, & ſcripturam facere celebrari dummodo infra spatiū unius menſis ſcribi, & aſſignari fecerint in libro contractuum gab. dicte ciuit. Et ſi cōtrafactū fuerit tale iſtrumeñ. cōtractus, & ſcriptura nullū nullus, et nulla ſit nullius ualoris efficacie uel momēti: Et nullū ius ex eo uel ea alicui parti ſit uel intelligat eſſe queſitū: Et ſu p dicta re cōtracta a nemine rectore uel off. dicte ciuitatis ius modo aliquo reddatur, & nihilominus talis cōtrahens uel ſcripturam celebrans cōtrapredicta cadat in peñ. xxv. lib. deñ. ipſo facto. Cuius pene quarta pars ſit off. qui eā fecerit uenire in comuni quarta pars accuſatoris, & relique due partes applicent comuni dicte ciuitatis.

Quod forenſes contrahentes de rebus exiſteñ. in diſtrictu ciuitatis teneantur aſſignare gabellario.

¶ Item ſtat. & ord. quod omnes, & ſinguli forenſes, & non ſub poſiti iuriſdictioni comunis dicte ciuitatis qui aliquod iſtrumentū uel contractū, & aliā q̄cūq; ſcripturā fecerint ex quo uel qua ſolui debeat gab.



de rebus īmobilibus exiſteñ. i dicta ciuit. uel eius comit. teneant, & debeant infra spatiū unius menſis adie celebrati contractus ſcribi, & aſſignari feciſſe i lib. cōtractuum gab. ut notū ſit off. gab. tale inſtrumentū for. celebratū, et ex eo ſolui debita gab. uidelicet. iiij. deñ. pro lib. alioquin talis cōtractus ſit nullus nulliusq; ualoris efficacie uel momēti: Et ex eo nullū ius intelligat ſibi eſſe queſitū: Et nihilominus res cōtracta intelligat, & ſit obligata gab. induplū eius qđ cōtrahentes ſoluerē debeāt ex forma ſtat. & ordiñ. dicte ciuit. Et habeat locū etiā inſtrumentis, & cōtractibus, et ſcripturis de quibus uenit gab. ſoluēda ex forma p̄ſentis ſtat. fact. a decē annis citra p quēcunq; Not. de rebus īmobilibus p̄dictis a. xx. miliaribus infra ſeu intra. xx. miliaria.

Qđ nullus Not. ſe roget de teſtamento mulieris ſine p̄ntia uiri.

¶ Itē cū ex forma cuiuſdā reformatiōis condite i cōi ſit legitime ꝓuiſum nullū Not. rogarē debere aliqđ teſtamētū donationē cauſa mortis uel aliā vltimā uoluntatē alicuius mulieris maritate ſine p̄ntia, & conſenſu mariti uel uidue hn̄tis filios ſine p̄ſentia, & conſenſu filioꝝ ſi ſunt legiptime etatis: Et ſi non ſūt legiptme etatis ſine p̄ntia, & conſenſu tutoris uel curatoris ſub certa pena Not. rogato īflicta ut latius indicta reformatione continet mañ ſer Iohānis, ſer Mathei de Caſtiglione Aretino tūc cancellarij cōis dicte ciuit. Caſt. in āno Dn̄i. M. CCCC. Id circho dicte reformationi propter fauorē rei punice dict. ciuit. addendū eſſe decreuerūt, & addēdo ſtat. & ord. quod omne & quodcūq; teſtamentū donatio cauſa mortis aut alia quecūq; vltima uolūtas p quācūq; mulierē maritatā uel uiduā hn̄tem filios conditū, & celebratū uel condita, & celebrata fuerit p quēcūq; Not. ciuē comitatinū uel forenſem uel aliā quācūq; pſonā in dicta ciuit. uel comit. Caſt. uel alibi ubicūq; abſq; p̄ntia, & conſenſu eoꝝ de quibus in dicta reformatione ſit mentio & ſolēnitatibus in dicta reformatioae cō p̄hēſis: Qđ tale teſtamētū donatio cauſa mortis uel vultima uoluntas ſit ipſo iurē nullū, & nulla nulliusq; ualoris uel momenti, & p inde habeat ac ſi conditū & celebratū, & condita & celebrata nō eſſent niſi talis mulier uel alius pro ea tale teſtamentū donationē cauſa mortis uel vultimam uoluntatem poſtquā conditum, & cōditam fuerit infra. xv. dies adie celebrate vultime uoluntatis numerandos fecerit inſinuari ſeu regiſtrari coram poteſtate uel aliquo ex ſuis iudicibus, excipientes a p̄dictis mulieres diſtantes a ciuit. per. xl. miliaria uel infirmitate grauatas uel longo et diutino tp̄e abſentes.

¶ Qđ off. maior gab. debeat exigerē gab. mercātiaꝝ infra octo dies.

¶ M. CCCC. XLIII. In dict. ſexta die. iiij. menſe Iañ. Solēniter fuit reformatū in conſilio arbitrij, Qđ maior off. dicte ciuit. teneat & debeat ex debito ſui off. exigere, & exigi facere cū effectu oēs gab. introitus mercātiaꝝ īmictendaꝝ in dicta ciuit. ifra octo dies adie īmiſſionis dictaꝝ mercantiarum pena dupli dicto off. eius qđ ſoluerē tenere teneret talis īmictens: Et qđ cam. dicte gab. teneat, & debeat ſcribere in eius baſtardello noīa dictoꝝ īmictentiū mercantias, & quod elapſo dicto termino teneatur, & debeat, ſub dicta pena denūptiare regulat. et cam̄ cōmunis ut poſſint retinere, & defalcare de ſalario dicti off. dictam penam etc.

Ex lib. v. reformat. fo. viiij. & x. manu ſer Luce de Bonamicis Cācell. ſub die. xv. Decēb. 1481.

¶ Imprimis ſtat. & refor. ad tollendas diſſenſiones & cōtrouerſias inter ciues et gabellarios paſſus, et portarū in futurꝝ; Qđ quicūq; ciuis ſiue comitatenſis īmiſerit in dictā ciuit. linum ſiue cānape mundum ſiue cōcium in mānis ſiue capecccio, pannos lineos, ſciugatorios, tobaleas, & ſimilia, caſeum lanā carfagnā. laſtras, laſtrones, taginos, edos, porchetas, Agnos, pullos, lepores, capreolos, ꝑdices, aut aliquod genus aucupatiōis, aut aliquid aliud eiſdē rebus ſupra noīatis ſimile cauſa ſui uſus, aut cauſa donandi non teneatur aliquam gab. ſoluerē: Si autē cauſa uendendi tunc ſoluat gab. pro ut hactenus fuit conſuetum, & pro ut in ſtatutis gab. portaꝝ continet. Exceptis porcis, caſtronibus, pecudibus, capris, & uitellis, pro quoꝝ īmiſſiōe ſoluatur gab. ut inſtatis gab. continet etiam ſi cauſa ſui uſus īmiſſi fuerint.

¶ Item ſtat. & refor. qđ de cetero ſiue comitatenſis ſiue terrigena, ſiue forenſis: qui de cetero īmiſerit in dictam ciuit. robbiam: linum, pancellam, caſeum, lanam: carfagnam: ceram: cauſa uendendi uſque ad pondus lib. xxv. teneant & debeant ſoluerē gab. Gabellarijs portaꝝ ſecundū form. ſtat. dicte gab. Abinde uero ſupra teneant, & debeant ſoluerē gab. gabellarijs gabelle paſſus: De peglia uero & caſtaneis teneantur gabellam ſoluere gabellarijs: Porcaꝝ etiam ſi peglia, & caſtanee excederent pondus. xxv. lib. et eſſet ſalma, dictis gabellarijs portaꝝ ſoluerē teneant, non obſtañ. ſtat. & alijs quibuſcunque incōtrarium facieñ.

¶ Item ſi quis p̄dictoꝝ īmiſerit in dictam ciuit. pelles piloſas aut emerit cauſa [illegible] ciandi uſque ad nūeꝝ xxv. teneant ſoluerē ga. dictis gab. portaꝝ pro ut in dictis ſtat. continet, Ab inde uero ſupra teneantur gab. ſoluere gabellarijs gab. paſſus.

¶ Item ſi quis p̄dictoꝝ īmiſerit in dictā ciuit. caſiccios, inciſorios, miſculas, palas, raſtellos, planatorias, capiſterios, haſtas, bigordos, ſcotas, manariaꝝ, matteras, archimatteras, ſoluat & ſoluere debeat gab. ſecundū formam dictorum ſtat. gabellarijs portarum.

FINIS

DE Gab. mutui depoſiti, & patrociniȷ ca. 1. f. 1
De ga. ẽptionis, pmutatiõis, traſactiõis, dactiõis iu/
riũ, ceſſiõis, donationis inter uiuos ca. 2. fol. 1
De relictoꝝ, et legatoꝝ pena nõ ſoluẽtiũ c. 3. f. 1
De gab. contractuum pacis, & concordie ca. 4. f. 1
Infra quãtũ tẽpus debet ſolui ga. cõtractuũ c. 5. f. 2
De ga. laudorum ſententiarum pronumptiaꝝ exe/
cut. & precepti iudicum cap. 6. fol. 2
De uenditionibus conceſſionibus, & iuris ceſſioni/
bus cõtractis iter oẽs, & ſingulas pſõas c. 7. f. 2
Quod Notariȷ debeant aſſignare rogita de qui/
bus ſolui debet. ga. secũdũ form. ſtat. ca. 8. fol. 2
Quod nulla perſona faciat condi inſtrumentum p
notarium forenſium cap. 9. fol. 2
qđ cõtrahẽtes cũ pſõis nõ ſubiectis tenẽat ſoluer̃ ga
bellã integrã tã p una parte q̃ p altera c. 10. f. 2
qđ de rẽuñ. reꝝ ẽ phith. ſolui debeat ga. ca. 11. f. 2
Quod uendentes res ad ſtarium preter bladũ ſol/
uant duos denarios pro ſtario cap. 12. fol. 2
De gab. cincioꝝ, ferroꝝ, farſitoꝝ, bõbiginis, ſta
gni, rami, argẽti, & fregioꝝ ueteꝝ c. 12. f. 2
De g. vini aceti clar̃. et de mõ ga. de deueto uini fo/
reñ. et qđ uinũ caſt. poſſit extrahi cap. 13. fol. 2
de gab. campsoꝝ cap. 14. fol. 3
Qđ conſules oium arciũ teneãt aſſignare iſcrip.
oẽs hoies eoꝝ artis đ meñ. lañ. & aſſignati soluer̃
teneantur per totũ mẽsẽ februariȷ ca. 15. fol. 3
de ga. figulorum ſine uaſariorum cap. 16. fol. 3
deg. illo. q locãt rõz. uel alias beſt. aduict. c. 17 f 3
de ga. moleñ. ad guatũ oleũ, et de gualch. c. 18. f. 3
De ga. porcoꝝ retinendorꝝ in ciuit. cap. 19. f. 3
de gab. bruſcolarioꝝ retinẽtium bancum in platea
cap. 20. fol. 3
De ga. albergatorum, & hoſpitantiũ ca. 21. fol. 3
de gab. barbitonſorum cap. 22. fol. 3
De ga. mag. lapidũ, & lignaminum. c. 23. fol. 3
de ga. fornaciariorum cap. 24. fol. 3
De ga. sart. cimat. pellipar. & rigeter. ca. 25. f. 3
de ga. lãificũ cõciatoꝝ, & gualcherãoꝝ c. 26. f. 3
de ga. medicorum, & piciarium cap. 27. fol. 3
de ga. calzolariorũ: et cõciatoꝝ corãiñ. c. 28. f 4
de gab. ciabatteriorum cap. 29. fol. 4
De ga. beccar. et carnes receñ. uẽdẽtiũ c. 30. f. 4
de ga. fabrorum cap. 31. fol. 4
de ga. Tabernariorum. cap. 34. fol. 4
de ga. Molendinoꝝ, & gualcheranoꝝ. ca. 35 f. 4
de ga. mercatorum, retagliatorum, et guatum mace/
rari facientium cap. 36. fol. 4
de ga. merciariorum cap. 39. fol. 4
de gab. aurificum cap. 40. fol. 4
de g. uẽdeñ. bla. admi. et facieñ. ſel. equoꝝ c. 41 f 4
de ga. bambacariorum cap. 42. fol. 4
Qđ ſindici caſtroꝝ, & uillaꝝ comit. dicte ciuit.
aſſignẽt i ſcrip. off. ga. buccas, & mobile c. 43. f. 4
de ga. buccaꝝ cap. 45. fol. 4
Quod comitatini debeant ſoluere de menſe nouẽ/
bris gabellam mobilis cap. 46. fol. 4
quod ga. grani, uini, & bladi debeat ſolui per totũ
menſem decemb. cap. 47. fol. 4
quantũ ſoluat p forẽses pro gab. ſoccite c. 48. f. 4
de off. maioris off. gab. cap. 49. fol. 4
De parte conceſſa off. gab. predicto pro exactione
fienda, & de arbitrio in exigendo cap. 50. f. 4
De parte pene fraudis gab. applicanda illis quorum
opera dicta pena uenerit in comuni c. 51. fo. 4
Cõtra cõueniẽtes fraudẽ quocũq; modo c. 52. f. 4
qđ nulla pſona accipiat gab. ultra formam. ſtat. &
ord. ga. cap. 53. fol. 4
quod emptores gab. teneantur dare eoꝝ gab. inſcri/
ptis off. gab. cap. 54. fol. 4
qđ quilibet off. faciat execut. ga. ad petit. cuiuſcunq;
gabellariȷ, & emptoris gab. cap. 55. fol. 5
quod de cetero de emptionibus: & uenditionibus &
matrimoniȷs fiant inſtrumenta per pub. Not. Et
non facientibus ius non reddatur ca. 56. f. 5
quod maritus teneatur ſoluer̃ gab. contractus pro ſe
& uxore cap. 57. fol. 5
qđ nulla pſõa poſſit extraher̃ de dicta ciuit. uel co.
caſt. tobaglias ſciugatoiã nec linteamĩa, & ſimilia.
cap. 58. fol. 5
qđ nulla pſõa cuiuſcũq; cõdictionis exiſtat extrahat
aliquas beſtias siue ſolutione gab. ca. 59. fol. 5
qđ extrahẽtes beſt. đ co. teneãt aſſignar̃ c. 60. f. 5
de peñ. extrahẽtiũ granũ bla. et graſciẽ. c. 61. f. 5
de peñ. extrahẽtiũ oua, caſcũ, et hiȷs ſim̃. c. 62. f. 5
qđ cam̃. ad ga. deputatu, et deputãd. teneat, et debeat
continue ſtar̃ ad dictam gab. cap. 63. fol. 5
qđ deñ. non poſſit quoquo modo depõi ca. 64. f. 5
qđ not. dep. teneãt ſcri. oẽs ĩtroit. dcẽ ga. c. 65. f 5
qđ pecũia, et ĩtroitus gab. nõ poſſit quoquo modo ex/
pẽdi per camerariũ gab. uel aliũ cap. 66. fol. 5
qđ liceat comitatinis tempore guerre ĩmictere, &
extrahere ões res ſine ſolutione gab. c. 67. fol. 5
quod forenses uenientes ad habitandũ in ciuit. et co.
ſint exempti ca. 68. fol. 5
de modo aperiendi capsam gab. groſſe. c. 69. f. 6
qđ ſoluẽs ga. beſt. quas emerit tã ẽ ptori ga. beſt. q̃
cam̃. gab. poſſit ducer̃ quo uoluerit ca. 70. fol. 6
de porcis ualoris atri. li. supra ñ extraeñ c. 71. f 6
de hiȷs qui poſſunt porcos ducer̃, & extraher̃ per co
mitatum, & extra ſine peua cap. 72. fol. 6
qđ nullus poſſit tranſir̃ p comit. cũ porcis nec ipsos
extraher̃ quin primo notif. off. ga. ca. 73. fol. 6
qđ cam̃. pignoꝝ teneat reſtituere pignora infra
menſem adie finite gab. cap. 74. f. 6
de gab. extractionis aſſidum cap. 75. fo. 9.





De gab. arnenſium. cap. 76. fol. 6
De gab. accie de lino cap. 77. fol. 6
de gab. aluminis cap. 78. fol. 6
De gab. auelenarum cap. 79. fol. 6
de gab. Acciariȷ cap. 80. fol. 6
De gab. armorum de maglia cap. 81. fol. 6
De gab. armorum de piaſtra cap. 82. fol. 6
De gab. ĩmiſſionis aſſidum cap. 83. fol. 6
De gab. amigdularum cap. 84. fol. 6
De gab. borre, & sbrolature. cap. 85. fol. 6
De gab. bombicis cap. 86. fol. 6
De gab. buccaraminis cap. 87. fol. 6
De gab. bobum uitulorum, & uacarum ca. 88. f. 6
De gab. baliſtrarum cap. 89. fol. 6
De gab. barbutarum cap. 90. fol. 6
De gab. biccherioꝝ fiaſcoꝝ, & uaſoꝝ. c. 91. f. 6
De gab. bombicis filatis cap. 92. fol. 6
de gab. biacche. cap. 93. fol. 6
de ga. beſtiarum minutarum cap. 94. fol. 6
de gabella aſinorum cap. 95. fol. 6
De gab. equorum, & equarum cap. 96. fol. 6
de gab. falſetoꝝ, & cultraꝝ cap. 97. fol. 6
de gab. cultrarum falſetorum, & materazorum ue
terum cap. 98. fol 6
De gab. cultrarum de ſeta cap. 99. fol. 7
de ga. coriorum bouinorum bufolinorum, & caba/
linorum cap. 100. fol. 7
de ga. cardature cap. 101. fol. 7
De gab. cãpanarum cap. 102. fol. 2
de gab. cinciorum ad cartam cap. 103. fol. 7
de gab. cartarum cap. 104. fol. 7
De gabella carnium ſalitarum cap. 105. fol. 7
De gab. caſtronum cap. 106. fol. 7
de gab. cineris cap. 107. fol. 7
de gab. cardorum cap. 108. fol. 7
de gab. caſei cap. 109. fol. 7
De gabella corioꝝ bouinorum bufolinorum spa/
gnolinoꝝ sardeſcoꝝ, & barbari ca. 110. f. 7
de gabella coriaminis acti ad calciamẽta. cap. 111
fol. 7
de gab. cere cap. 112. fol. 7
de gab. caneuacci cap. 113. fol. 7
de gab. cultellorum, & spataꝝ cap. 114. fol. 7
de gab. colle de carta cap. 115. fol. 7
de ga. correggiarum cap. 116. fol. 7
de gab. dattilorum cap. 117. fol. 7
de gab. feccie, & taſſi cap. 118. fol. 7
de gab. falſettoꝝ ſiue giubarelloꝝ ca. 119. fol. 7
de ga. funium, & cinghi um cap. 120. fol. 7
de ga. foderarum cap. 121. fol. 7
de ga. ficuum aridorum ſiue ſiccoꝝ cap. 122. f. 7
de ga. ferri non laborati, & laborati ca. 123. f. 7
de ga. ferri ueteris cap. 124. fol. 7
de gab. foderorum conciorum cap. 125. fol. 7
de ga. guati in panibus cap. 126. fol. 7
de ga. guati, maceri, & macinati cap. 127. fol. 7
de ga. guarnelli cap. 128. fol. 7
de ga. galle cap. 129. fol. 7
de gab. gineſtrelle forenſis cap. 130. fol. 7
de ga. guarnelli in ſcampolis cap. 131. fol. 7
de ga. guantorum cap. 132. fol. 7
de ga. grani, & bladi cap. 133. f. l. 7
de ga. lane franceſche, & anglice cap. 134. fol. 7
de ga. lini forenſis conciȷ cap. 135. fol. 7
de gab. lane lauate de garbo barbareſche, & ſimili/
um. cap. 136. fol. 7
de ga. lane filate de garbo, & san matheo cap. 138
fol. 8
de ga. lane decreti ſardeſche uiterbeſche, romãeſche
bigelle noſtrate cap. 138. fol. 8
de ga. lane filate de dictis rationibus ca. 139. fo. 8
de ga. leporum cap. 140. fol. 8
de ga. mellis apium cap. 141. fol. 8
de ga. merciarie cap. 142. fol. 8
de ga. metalli cap. 143. fol. 8
de ga. maloꝝ aranciorum cap. 144. fol. 8
de ga. matterazzoꝝ, & cultrarum, & giubettoꝝ
ueterum cap. 145. fol. 8
de ga. olei cap. 146. fol. 8
de ga. orcelli cap. 147. fol. 8
de gab. anſerum, anitrarum, & auuium ſilu atica/
rum cap. 148. fol. 8
de ga. paſſus pãnoꝝ florentinoꝝ cap. 149. fol. 8
de ga. ĩmiſſionis pannoꝝ florentinoꝝ piſañ. Señ.
& ultramoñ. cap. 150. fol. 8
de gab. pannoꝝ ueterum cap. 151. fol. 8
de ga. ĩmiſſionis pãnoꝝ Burgenſium, Aretinorum
& peruſinorum cap. 152. fol. 8
De ga. pannoꝝ gaccinellorum agnilinorum uilla/
neſcorum, callienſium cap. 153. fol. 8
de ga. panni lini cap. 154. fol. 8
de g. pelliũ bouainꝝ aſinaꝝ, et ſimiliũ c. 155. f. 8
de gab. pannorum immiſſorum cauſa gualcandi.
cap. 156. fol. 8
de ga. pelliũ cõciarũ actarũ ad foderas c. 157. f. 8
de ga. pẽne ad cul citras cap. 158. fol. 8
de ga. pelliũ caſtratinaꝝ, et mõtõinaꝝ c. 159. f. 8
de ga. pelliũ hirchinaꝝ, & caprinaꝝ c. 160. f. 8
de ga. pelliũ aĩalium siluaticarum cap. 161. f l. 8
de ga. pancelle forenſis cap. 162. fol. 8
de ga. piſcium cap. 163. fol. 8
de ga. piſcium salitorum cap. 164. fol. 8
de ga. paueſoꝝ, & rotelloꝝ, targonũ c. 165. f. 8
de ga. poledrorum cap. 166. fol. 8

De gab. porcorum cap. 167. fol. 8
De gab. plumbi cap. 168. fol. 8
De ga. piperis z ẽ ziberis, et ſimiliū ca. 169. f. 8
De gab. pignatarum, & teghiarum non inuetriatarum. cap. 170. fol. 9
De gabella pignatarum, & teghiarum inuetriatarum. cap. 171. fol. 9
De gab. perlarum auri: & argenti. ca. 172. f. 9
De gab. pulueris zuccheri. cap. 173. f. 9
De ga. mutuantiū beſtias aduicturā ca. 174 f 9
De gab. robbie. cap. 175. f. 9
De gab. rami laborati, & non laborati, & u te/ris. cap. 176. fol. 9
De gab. rene ad uaſa. cap. 177. fol. 9
De gab. soueri. cap. 178. fol. 9
De gab. ſtaini cap. 179. fol. 9
De gab. saponis cap. 180. fol. 9
De gab. sulforillorum. cap. 181. fol. 9
De ga. spetiarie groſſe. cap. 182. fol. 9
De ga. spetiarie subtilis cap. 183 fol. 9
De gab. ſepi cap. 184. fol. 9
De ga. scotani cap. 185. fol. 9
De gab. ſtoiarum cap. 186. fol. 9
De ga. scaglie cap. 187. fol. 9
De ga. ſu furis peliparioru m cap. 188. fol. 9
de Ga. ſchiauinarum cap. 189. fol. 9
de ga. Sete cap. 190. fol. 9
de ga. terre ghette. cap. 191. fol. 9
de ga. vue paſſe cap. 192. fol. 9
de ga. uelorum bombicis cap. 193. fol. 9
de ga. uaſorum froctilium cap. 194. fol. 9
de ga. uitri laborati cap. 195. fol. 9
De gab. uini cap. 196. fol. 9
de gabella zendadi sete, & argenti non cognati cap. 197. fol. 9
De gab: zafferani, zucchari, cenamomi, gengioui, nucium muſcat. & oncenſi cap. 198. fol. 9
de ga. zeffarani cap. 199. fol. 9
capitula gab. cinciorum fol. 9
capitula gab. carcerum fol. 10
capitula gabella uini fol. 10
capitula ga. mercati fol. 10
Q đ ementes uel uendentes beſtias in foro debeant aſſgnarẽ anteq̃ extrahāt de foro c. 200. f. 10
De ga. alienationum aīaliū groſſorum, & minutorum, & pena fraudantium cap. 201. f. 10.
de ga. ſoccite cap. 202. fo. 10
capitula ga. carnium, & piſcium fol. 11
capitula ga. pignorum fol. 11
capitula ga. macinatus fol. 11
capitula ga. portarum fol. 12
capitula ga. caſtellecti fol. 12
capitula gab. ſtariorioum, & menſuraꝝ fol. 13
capitula ga. panis, & uini comitatus fol. 13
Q đ nullus not. qui nō ſit matriculatus in collegio not. poſſit ſe rogari de aliquo cōtractu fol. 13
Q đ forenſes contrahentes de rebus exiſtēn in diſtrictu ciuit. teneant aſſgnare gabellario fol. 13
Q đ nullus not. se rogei de teſtameto mulieris ſine preſentia uiri fol. 13
Quod off. maior gab. debeat exigẽ gabellam mercantiaꝝ infra octo dies fol. 14
Ex libro. v. reformat. fo. viij. & . x . manu ſer Luce de Bonamicis cancell. sab. die. x v. Decembris. 1481. fol. 14


FINIS



# STATVTA CVRIE OFFICIALIS PLANI SEV DANNORVM DATORVM

## DE OFFICIO OFFICIALIS SEV NOTARII.

### D. D. CAPITVLVM PRIMVM.

IN PRIMIS STATVIMVS, Et ordinamus quod officialis dānorum datorum poſſit, & ad ipsius officium ſpectet et pertineat cognoſcere de omnibus, et ſingulis dannis datis coniugijs ſponſalibus nuptijs, & ornamentis Dominarum funeribus vijs ſtratis pontibus & fontibus Ciuitatis, & comitatus caſtelli ſuper quibus omnibus dictus officialis poſſit tenatur, & debeat inquirere, & procedere, et in omnibus ad ipsius officium ſpectantibus tam per inquiſitionem accuſationem denumptiationem & relationem, & omnem viam, & modum per quam ſen quem ad ueritatem in ueſtigandā ſibi uidebitur melius conuenire, & repertos culpabiles in predictis uel aliquo predictorū punire secundum formam ipſorū ordinamentorū & de facto penas a contrafacientibus iuxta predictam formam exigere cum effectu etiam ſine aliqno proceſſu uel condemnatione: Pretera faceiendo ubi per inuentionem ipsius uel ſuoꝝ officialium uel familiarium in predictis uel aliquo predictorum inuenerit aliquos deliquiſſe: Et habeat, & habere debeat quintam partem omnium pecuniæ quantitatum quas predictorum uigore ex ſui uel ſuorum officialium & familiarium inuentione cum effectu deuenire fecerit in cōmuni, & duos ſolidos pro qualibet libra quantitatis pecunie quam excondemnationibus occaſione accuſationum uel denumptiationū factis ſuo tempore latis in ſcriptis cum effectu deuenire fecerit in cōmuni in pecunia numerata: Exceptis condemnationibus que fierent occaſione uel pretextu extractionis accuſationum de danno dato et decondemnationibus gualdariorum factis occaſione quacunque de cauſa: De quibus nil adicto cōmuni uel ſingularibus perſonis poſſit habere, & ſi dictus officialis fuerit negligens in predictis uel aliquo predictorū ad eius officium ſpectantibus, & pertinentibus condemnetur in centum libris denariorum per maiorem ſindicum vel alium qui ipsum ſindicabit ſui tempore ſindicatus. Et poſſit dictus officialis de facto in ponere penas in obedientibus ſibi, & in poſitas de facto exigere ab eiſdem uſque in quantitatem. XL. ſolidorū denarioꝝ ꝑ quolibet & qualibet uice: Notarius autem talis officialis poſſit imponere, et exigere uſque in quantitatem decem ſolidoꝝ denariorum pro quolibet, & qualibet vice dum tamen dictus officialis uel notarius: Non poſſit imponere dictas penas alicui niſi tantum semel pro qualibet die.

¶ Et aproceſſibus, & condemnationiqus uel aliquibus ad dictum eius officium ſpectantibus, & pertinentibus non valeat appellari uel de nullitate dici, & Apellans nullatenus audiatur.

## DE MODO PROCEDENDI SVPER DANNIS DATIS. Cap. II.

ITEM Statuerunt, & ordinauerunt quod dictus Officialis dānoꝝ datorum teneatur, et debeat pena, X X V. Lib. deñ. porrecta accuſatitione uel denumptiatione infra. xviij. dies ſi accuſationi uel denumptiationi non fuerit renumptiatum, & relatione habita uel formata inquiſitione infra tres dies proxime ſub ſequentes facere ſcribi ꝑ ſuum Notarium ad librum extenſe pro ut iacet de uerbo aduerbum & infra terminum trium dierum facere citari denumptiatos accuſatos relatos uel inquiſitos cum cedula continente nomen accuſantis accuſati denumptiati uel inquiſiti & effectū danni dati uel eius propter quod citatur cū die cōmiſſionis citationis, & terminum infra quem debeat comparere, & ſi fuerit citatus de ciuitate uel habitans in ciuitate citetur pro die ſequenti ſi uero fuerit de comitatu uel habitans in comitatu citetur pro tertia die proxime ſub ſequenti quæ cedula dictis citatis debeat relaxari per bayulum perſonaliter uel ad domum ſue habitationis. Et facta dicta citatione ſi reus non comparuerit infra dictum terminum citationis poſſit, & debeat dictus officialis dictum reum uel reos inquiſitos condemnare. Et reum uel reos denumptiatos uel accuſatos expectare. X V. diebus proxime ſub ſequētibus a die porrecte accuſationis uel denumptiationis infra quos admittantur ad defenſionem, & elapſis dictis qndicim

diebus tunc dictus officialis infra octo dies ꝓxime ſub ſequentes debeat condemnare. Si uero infra terminum citationis dicti rei uel infra dictos q̄ndecim dies cōparuerit & ſe excuſauerit dictus accuſatus uel denumptiatus debeat dictus officialis dictos reos audire indefenſionibus ſuis & taliter ſe gerere quod dictus ꝓceſſus expediatur infra unū menſem a die excuſationis computandum. Et ſi contigerit litigari de poſſeſſione uel proprietate rei de qua diceretur dānum eſſe cōmiſſum tunc dictus officialis dictā cauſam poſſeſſionis uel proprietatis debeat terminare infra dictū menſem, Dū tamen ꝓbationes & ſententie facte & late ſuper predictis non noceant nec proſſint alicui partium in cauſa ciuili ſeu ordinario iudicio.

## QVE PERSONE Poſſunt accuſare uel accuſari de dānis datis. Cap. III.

Item ſtat. & ord. quod de quolibet dāno dato poſſint accuſare & denūptiare Dn̄i reꝝ in quibus dicit̄ dānū eſſe datū, filij familias dictorū dominorū famuli ſeruientes dictis Dn̄is qui cū eis morant̄ laboratores Affictuarij dictarū rerum uel ius habentes infructibus ipſarum tutores uel curatores dictorū dominorum qui omnes & q̄libet ipſorū poſſint de dānis datis in dictis rebus Dānū dantes quoslibet accuſare, exceptis minoribus ſeptem annis colonis laboratoribus uel affictuarijs qui accuſari non poſſint de dānis Datis in dictis rebus & qui accuſauerit puniatur in.xxxx.ſol.den. Dū tamen nullus p̄dictorum aliquē accuſet contra uoluntatē illius ad quē pertinet res in qua dicitur dannū datū & etiam Procuratores abſentium tantum. Nullus uero qui eſſet preſens poſſit ꝑ procuratorē accuſare uel denumptiare: Nec cuſtos alicuius rei poſſit accuſare de danno dato rei de qua receperit cuſtodiam. In ſuper ſtatuentes quod ſi aliquis aliquos operarios conduceret uel mitteret ad aliquam poſſeſſionem et dicti tales miſſi uel operarij accuſarentur de dāno dato ab aliquo q̄d tunc dictus conducens uel mittens ipſos defendere teneatur ac etiam penam ſoluere ſi dicti miſſi uel operarij in aliquo condemnati fuerint.

## DE OFFICIO GVALDARIORVM. CAP. IIII.

Item ſtat. & ord. quod homines cuiuslibet caſtri uel uille comitatus Caſtelli teneantur & debeant infra duos Dies poſtquā intrauerit officialis dānoꝝ datoꝝ facere in quolibet caſtro uel uilla vnum gualdarium de dicto caſtro uel villa qui teneatur & debeat infra dictum terminum ſe perſonaliter preſentare coram dicto officiale Dannorum datorum, & promittere & idonee ſatisdare cum fideiuxore de bene, & legaliter cuſtodiendo vineas viridaria Albareta ſalceta ſiluas nemora prata, & quaslibet alias poſſeſſiones ſuæ gualdarie, ita quod nulla ꝑſona ꝑſonaliter uel cum beſtijs in dictis rebus uel aliqua ipſarum dānum det uel faciat, & ſi reperierit dānū dantes aliquos uel ſciuerit facientes ꝑſonaliter uel cū beſtijs ipſos uel ipſum denūptiare infra tres dies ꝓxime ſubſequentes dicto officiali dānoꝝ datoꝝ: & q̄d quilibet gualdarius teneat̄, & debeat cōparere & ſe p̄ſentare corā dicto officiali Dānoꝝ datoꝝ bis in quolibet menſe ſi fuerit gualdarius alicuius caſtri uel uillæ diſtantis a dicta ciuitate ultra ſex miliaria debeat cōparere & ſe p̄ſentare corā dicto officiali, & eius curia ſemel quolibet menſe: Et ſi in p̄dictis uel aliquo p̄dictoꝝ dicti gualdarij fuerint negligentes uel fraudē cōmiſerint in denūptiando uel nō denumptiando puniant̄ ꝑ quolibet, & qualibet uice in.xxxx.ſol.den. & nihilominus denūptiare cogātur. Si uero aliquē falſo denūptiauerint, & de dicta falſitate fuerint accuſati, & ꝓbatū fuerit condēnent̄ in.xxv. lib. den. quā penā ſi non ſoluerint infra quindecim dies a die date condēnationis computandos fuſtigentur ꝑ ciuitatem & ad petronem die fori ligent̄. Si uero probatū non fuerit condemnet̄ accuſans in. C. ſol. den. Si uero dicti gualdarij ſe ꝑ aliqua quantitate concordauerint cū illo qui ueniret denumptiandus & non denumptiauerit condemnetur in.x.lib.den. pro qualibet uice: Et ſi dicti gualdarij non denumptiauerint dānū dantes dicto officiali infra dictum terminū ad petitionem illius qui dānum paxus fuerit teneat̄ dictus officialis cogere dictos gualdarios emendare dannum datū paxo ſecundum quod extimatum fuerit ꝑ duos extimatores ponendos ꝑ dictum officialem uel ꝑ ſacramentū dānum paxi cui credat̄ uſq; in quātitatem.xx.ſol. & ſi quis denumptiauerit aliquem gualdarium calumnioſe puniat̄ ꝑ dictum officialē in quatraginta ſolidis denariorum: & an calumnioſa facta fuerit dicta denumptiatio nec non ſtetur in arbitrio officialis. Super quibus denumptiationibus factis per dictos gualdarios dictus Officialis procedere teneatur, & condemnare denumptiatos de contentis in dictis denumptijs abſque aliq̄na probatione ſecundum formam Statutorum Dannorum datorum. Et ſi aliquod caſtrum uel uilla



fuerit negligens in faciendo dictos gualdarios infra dictum terminum dicto modo puniatur quodlibet caſtrum in centum ſolidis denarioꝝ, & quelibet villa in quadraginta ſolidis denarioꝝ, dumodo villa ſancti angeli de corzano intelligatur ex ſit unita cum villa vppiani, & cum ipſa reſpondere teneatur in honoribus, & oneribus ſtatuentes quod ſi aliqua villa fuerit aquatuor focularibus infra poſſit ſe adiungere, & ad herere vni villę uicine eiuſdem porte cui magis placuerit hominibus dicte ville, & gualdarium ſimilem facere, & ſub eodem ſindico reſpondere, & quod uilla cui homines dicte uille a quatuor focolaribus infra uoluerint ſe unire teneat̄, & debeat penā decem lib. deñ. in unione ſuſcipere dictā villā. Et nulla perſona que fuerit denumptiata a dictis gualdarijs de aliquo danno dato poſſit dictum gualdarium accuſare durante officio dicti gualdarij de aliquo danno niſi probauerit dannum eſſe ſibi datum legiptime per unum teſtem, & iuramentum ipſius accuſantis uel denumptiantis.

## INFRA QVANTVM TEMPVS QVIS POSSIT ACCVSARE vel denumptiare, & accuſationē uel denūtiationē extrahere, & de ſolutione extractionis. cap. V.

iTEM Statuerunt, & ordinaueruut quod ſi aliquis uoluerit aliquem accuſare de aliquo danno dato poſſit, & debeat accuſationē uel denūptiationē facere infra unum menſē poſtq̄ dannū datū fuerit, & elapſo dicto menſe. Denumptiatio uel accuſatio non admittatur nec recipi poſſit aliquid de predictis, & quilibet qui aliquem accuſauerit uel denumptiauerit infra quindecim dies a die accuſationis uel denumptiationis proxime computandos poſſit, & ualeat ipſam accuſationē uel denumptiationem retrahere, & remouere ſoluendo infra dictū terminū cōmuni prodicta detractione uel remiſſione pro quolibet accuſato uel denumptiato de vinea orto albareto uel ſalceto decē ſolidos deñ. Pro quolibet vero accuſato uel denuūptiato de alijs dannis datis quinque ſol. deñ. qua detractione uel remiſſione, & ſolutione facta dictus officialis ſuper dicta accuſatione uel denumptiatore vlterius procedere non debeat, & ſi proceſſerit non valeat id quod fecerit ipſo iure, & idem intelligatur quod ſupra dictum eſt indenūptiationibus gualdarioꝝ quas domini ſiue poſſeſſores reꝝ in quibus dannū datū fuerit poſſint detrahere, et remittere abſq; preſentia uel uoluntate gualdarij per inde ac ſi ipſimet domini denūtiationē feciſſent, & predicta intelligantur ad futura tantū. Ad preterita uero poſſint renūptiare, & ſoluere dicti accuſatores quandocunq̄ infra octo dies poſt publicationem preſentiū ſtatutoꝝ, & omnes ſolutiones, & renūptiationes hinc retro facte dicta occaſione ualeat, & teneāt ac ſi facte eſſent poſt publicationem preſentium ſtatutoꝝ infra terminum legiptimum.

## DE CVSTODIBVS CELATIS. CAP. VI.

iTem ſtatuerūt, et ordinauerūt q̄d dn̄i Priores q̄ pro tēpore fuerint teneantur, & debeāt infra octo dies a die introitus officialis dānoꝝ datoꝝ eligere ꝑ qualibet porta dicte ciuit. decē cuſtodes celatos qui ſint de dicta ciuitate quoꝝ nomina eſſe debeāt inſecreto, & ſcribi debeāt ꝑ cācellariū dicti cōmunis in quodā quaterno, & poſtq̄ electi fuerint ꝑ dictos dn̄os priores nullus poſſit mutari uel de trahi uel ꝑ aliā formā eligi quā ſuperius dictū eſt, niſi de uoluntate omniū Prioꝝ aliq̄s ſic electus mutaret̄ uel de traheret̄, & legiptima cauſa fuerit q̄re debeat mutari uel de trahi que cauſa legiptima poni, & ſcribi debeat ꝑ dictū cancellariū in dicto quaterno. Dū tamen nullus forēſis uel minor. XXV. annis uel famulus alicuius uel balitor cōmunis poſſit elici in cuſtodē celatū, & ſi electus fuerit nō ualeat ipſa electio ipſo iure qui cuſtodes celati teneāt̄, & debeāt iurare, et ꝓmittere dicto officiali dānoꝝ datoꝝ referre, et denūptiare omnes, & ſingulos ītrātes uel dānū dātes ꝑſōaliter uel cū beſtijs ī uineis ortis clauſuris bladis, & alijs rebus infra duo miliaria a ciuitate p̄dicta, et q̄do denūptiabūt dicti cuſtodes aliq̄ ꝑſonā debeāt dicere, & declarar̄ in eoꝝ denūptiatiōibus nomē illius quē denūptiāt, et rē in q̄ uiderūt dānū dare, et uocabulū, & cōfines ipſius rei, et modū, et q̄litatē dāni dati, et diē et horā in q̄ iuenerūt uel uiderūt dānū dare uel ītrar̄ aliq̄ loca uetita ac etiā vnū teſtē q̄ ꝓbet plene p̄dicta, et ſi cōtra p̄dictā formā quis denumptiatus fuerit dicta denumptiatio nō ualeat ipſo iure, et q̄do dicti cuſtodes taliter denumptiabunt debeat dictus officialis dānoꝝ datoꝝ p̄dicta omnia ꝑ dictū cuſtodē relata ſcribere, & ipſū facere de nouo iurar̄ q̄d ita uerū ſit ſicut denūptiat, et poſtea ſuꝑ dictā denūptia ꝓceder̄, ac ſi cōfexata fuerit a dicto denūptiato ipſum cōdēnet ī penis ī ſtatutis cōtētis ſi uero negata tunc examinet teſtē ī denumptiatione cōtentū q̄ ſi plene ꝓbet debeat dictus officialis dictū denūptiatū cōdēnare ī penis ī ſtatutis cōtētis ſi autē nō ꝓbet debeat de

nūptiatū abſoluer̄ dū tn̄ ex dicto ꝓceſſu faciēdo nō pādat nomē dicti cuſtodis, et nō poſſit dictus teſtis inductus eſſe cuſtos celatus pater, frater, uel filius cuſtodis denumpianti s, & teneāt dicti cuſtodes, & q̄libet eoꝝ parere dicto officiali dānoꝝ datoꝝ i omnibus q̄ ſibi mādauerit ad ſuum offitiū ꝑtinētibus pena. xx. ſol. deñ. uice q̄libet de facto abſq; aliquo ꝓceſſu ꝑdictum officialē exigēda, & ſi dicti cuſtodes uel aliquis ipsoꝝ dānum alicui dederit puniatur in duplo eius i quo alij punirēt, Et q̄d ſi aliqs ex dictis cuſtodibus celatis falſo accuſaret nō ꝓpterea det copia ſui nomiuis niſi prius falſitate ꝓbata de q̄ fuerit accuſatus nec etiā ad ſe defēdēdum citius requirat, & ſi ꝓbatum fuerit ipsum falſo aliquē denumptiaſſe cōdenet in. xxv. lib. deñ. q̄ penā ſi nō ſoluerit infra q̄ndecim dies a die cōdēnationis ꝓxime ſub ſequētis fuſtiget ꝑ ciuitatē, et ad petronē die fori liget et q dictum cuſtodē de falſo accuſeuerit, et nō ꝓbauerit nomine pena ſoluat cētum. ſol. deñ. et habeant, et habere debeant dicti cuſtodes celati medietatem condemnationis que occaſione dictorum denumptiatorum deuenerit in cōmuni.

## QVOD NOTARIVS DANNORVM DATORVM ET SVA Familia poſſint rimari omnes quos uoluerint pro ſuo officio exercendo. Cap. VII.

i Tem ſtatuerunt & ordinauerunt quod dictus Notarius, & eius familia poſſint, et eis licat quando iuerint pro ſuo officio exercendo rimari. & rimari facere homines tam maſculos q̄ feminas inquocunque loco uoluerit deferētes vuas uel amindulas uel alias res cōmeſtibiles uetitas portari uel ad duci ꝑ formā ſtatutoꝝ dicte ciuitatis, & inq̄rere diligēter ab illis quos inuenerit haber̄ uel portare aliquas ꝓdictaꝝ rerum unde tales res portarēt ꝑ teſtes uel ſacramētum uel alias legiptimas cōiecturas ita q̄d bene inq̄rat ueritatē, & ſi inuenerit eos deliquiſſe ꝓcedat cōtra tales inuētos, & eos puniat ſecundum formā ſtatutoꝝ ꝑ ide ac ſit iuenerit eos ꝑsonaliter dānum dare i rebus iuētis ſaluo q̄d pro vuis nō apportādis, & q non permiſerit ſe rimari puniatun per dictum officialem in quatraginta ſolidis denariorum.

## QVOD LABORATORES CONDVCTI AD LABORANdum pro ꝓtio non poſſint apportari aliq̄d de bonis domini a quo fuerint cōducti. Cap. VIII.

i Tem ſtat. & ord. q̄d nullus laborator qui fuerit ab aliquo cōductus pro ꝓtio poſſit apportare ſciarmentos vites uel palos uel alia ligna nec etiam vuas tēpore vendemiaꝝ cum licētia domini uel ſine pena & Bāno xxv. ſol. deñ. pro quolibet, & qualibet vice de facto auferenda per dictum officialem dannonorum datorum a quolibet contra faciente.

## QVOD NVLLA MVLIER INVITA DVCATVR VEL detineat per offi. dannorum datorum, & pena non dicentis nomen ſuum. Cap. VIIII.

i Tē ſtat. & ord. q̄d nulla mulier iuita aliq̄ occaſione ordinamētoꝝ, & ſtat. offi. dānoꝝ datorum poſſit duci uel detineri ſed debeāt eius nomen ſcribere, et cōtra eā proceder̄ ſecundum formam ſtatutoꝝ. Statuentes q̄d q̄libet mulier q̄ repta fuerit ꝑ dictū officialē uel eius notariū uel famulū aliq̄d facer̄ cōtra ordinamēta uel ſtatuta ꝓdicta debeat eius nomen, et patrē ad iſtantiā dicti officialis uel eius Not. uel famuli dicer̄, et manifeſtar̄ q̄d ſi cōtra fecerit i q̄traginta ſol. deñ. pro qualibet, & qualibet uice puniatur.

## DE DANNVM DANTIBVS IN VINEIS Vel pergulis. Cap. X.

i Tē ſtat. & ord. q̄d ſi aliqs ꝑsonaliter dānū dederit i vineis alicuius a kalēdis mēſis Iunij uſq; ad kalēdas meſis Nouēbris dū tamē vinea i q dānū datū ſit nō ſit vēdemiata puniat ꝑ quolibet, et q̄libet vice i dece lib. deñ. Si uero dicto tēpore itrauerit, et dānū nō dederit puniat ꝑ quolibet, et q̄libet uice in cētū. ſol. deñ. Si uero intrauerit & damnum non dederit puniatur in uiginti ſolidis den. ſi uero dānū datum fuerit cum beſtijs in dictis vineis a kalendis menſis Aprilis uſq; ad kalendas menſis Noumebris ſi quidem fuerit, Bos, Vacha, Aſinus, Aſina, equus equa mulus mula capra uel ircus puniatur pro quolibet, et q̄libet vice dn̄s ſiue cuſtos ipsius animalis i q̄traginta ſol. deñ. Si vero fuerit porcus uel porca q dānū dederit ſi a kalēdis mēſis Auguſti uſq; quo vinea nō fuerit uindemiata puniat ꝑ quolibet, & q̄libet vice i. xxxx. ſol. deñ. Si vero dānū dederit a kalēdis mēſis Aprilis uſq; ad Kalendas menſis Auguſti puniat i xx. ſol. deñ. Si vero fuerit alia beſtia minutā puniat ꝑ qualibet beſtia, et q̄libet uice i dece ſol. Si uero fuerit Anſer gallus uel gallina ꝑ quolibet, et qualibet vice puniat i duobus ſol. Si ue-



dānū datū fuerit alijs tēporibus, et fuerit Bos vacha uel alia beſtia groſſa puniat pro quolibet, et qualibet uice i dece ſol. ſi uero fuerit Porcus porca ouis uel alia beſtia minuta puniat in duobus ſol. pro quolibet, & qualibet vice. ſi uero dānū datū fuerit in ꝑgulis exiſtentibus extra vineā ꝑſonaliter uel cū beſtijs puniatur in media pena qua puniretur ſi dannum datum fuiſſet in vineis.

## QVE INTELLIGANTVR BESTIE Groſſe uel minute in dānis datis. Ca. XI.

i Tē ſtat. & ord. q̄d in omnibus, & ſingulis capitulis dānoꝝ datoꝝ in q̄bus mētio fieret de beſtijs groſſis uel minutis intelligāt, et ſint quo ad ꝓdicta capitula, et penas i psoꝝ beſtie groſſe equns equa mulus mula Bos vacha aſinus aſina bufalus bufala ircus capra porcus porca minute autē intelligāt, & ſint ouis caſtratus Aries, & fetus dictoꝝ Animaliū groſſoꝝ primi anni Anſeres galline, & alij pulli ſaluo quod predicta non intelligantur in ſtatutis ubi aliter diſponeretur.

## DE Dānū DANTIBVS In cannetis hortis ſalcetis, & albaretis. CAP. XII.

i Tē ſtat. & ord. q̄d ſiq̄s ꝑsonaliter dānū dederit in canneto ſalceto, albareto, uel orto puniat pro quolibet, et qualibet vice in cētu ſol. deñ. ſi uero intrauerit, et dānū nō dederit puniat in. xx. ſol. deñ. Si uero dānu datū fuerit cū beſtijs groſſis in orto ſiue ſalceto, & albareto primi anni uel in canneto a calendis mēſis Aprilis uſq; ad Kalē. mēſis Iulij cōdēnet pro quolibet, & qualibet uice in. xx. ſol. deñ. ſi uero fuerit beſtia minuta puniat pro quolibet, & qualibet vice in duobus ſol. deñ. ſi uero dānū datum fuerit cū beſtijs groſſis uel minutis in ſalceto uel arboreto maiore uno anno uel in cāneto alijs temporibus q̄ ꝓdictis puniat pro qualibet beſtia groſſa in. x. ſol. & pro qualibet beſtia minuta in duodecim denarijs.

## DE DANNVM DANTIBVS in terris Bladatis uel pratis. Cap. XIII.

i Tē ſtat. & ord. q̄d ſiqs ꝑsonaliter dānū dederit in terris bladatis uel pratis ſiq̄dē metendo granū uel herbā puniat in quatraginta ſol. deñ. ſi uero calpiſtādo uel aliter dānū dādo puniat in. xx. ſol. deñ. ſi uero dānū datū fuerit indictis terris bladatis uel pratis cū beſtijs groſſis puniat pro q̄libet beſtia groſſa, & qualibet uice in dece ſol. deñ. ſaluo q̄d pro equo equa mulo uel mula puniat in. xxxx. ſol. deñ. pro qualibet uice, et pro quolibet ſi uero fuerit beſtia minuta puniat pro quolibet, et qualibet vice in duobus ſol. deñ. & intelligantur eſſe prata terre relicte signatē pro faciendo fenum.

## DE DANNVM Dantibus in metis uel couis uel in bladis trituratis. Cap. XIIII.

i Tem ſtat. & ord. q̄d siquis ꝑsonaliter dānū dederit in metis coltis uel couis alicuius bladi uel leguminis puniat pro quolibet, & qualibet uice in. xx. ſol. deñ. si uero damnū datū fuerit cū beſtijs groſſis puniat pro qualibet beſtia groſſa, et qualibet uice in. x. ſol. deñ. & pro qualibet beſtia minuta, et qualibet uice in. ij. ſol. deñ. si uero dānū datū fuerit cū dictis beſtijs in blado triturato siue bactuto puniat in duplo si uero dannum datū fuerit in ragliarijs uel muchis si ꝑsōaliter puniat in. xx. ſol. deñ. si cū beſtijs puniatur pro qualibct beſtia groſſa in. v. ſol. & pro qualibet beſtia minuta in duodecim denarijs.

## DE DANNVM Dantibus in arboribus domeſticis uel non domeſticis. Cap. XV.

i Tē ſtat. & ord. q̄d siquis ꝑsōaliter dānum dederit in arboribus domeſticis uel ficubus amigdalis auelanis, oliuis, ꝑsicis, piris Malis, Cerasis, Neſpolis, Sorbis, Nucibas, ſuccinis auosinis uel alijs arboribus hijs similibus siq̄dem incidendo uel deuaſtando in totum puniat pro quolibet, & qualibet uice in decem. lib. deñ. si uero ramum inciſerit uel deuaſtauerit puniat in. xxxx. ſol. deñ. ſi uero fructus dictaꝝ arboꝝ uel alicuius ipsaꝝ collegerit uel deuaſtauerit puniat in. xx. ſol. pro quolibet, & qualibet uice ſi uero dānum datū fuerit in aliqua dictaꝝ arboꝝ cum beſtijs corrodendo uel deuaſtādo aliquam dictaꝝ arborum uel fructus ipsaꝝ puniat pro qualiaet beſtia groſſa in. v. ſol. deñ. pro qualibet beſtia minute

in . II . ſol. deñ. ſi uero quis ꝑſonaliter dannum dederit in arboribus nõ domeſticis incidendo uel deuaſtando in totum puniatᷣ pro quolibet, et qualibet uice in . C . ſol. deñ. ſi uero inciſerit, et deuaſtauerit in parte uel aliter dãnum dederit in dictis arboribus uel aliqua ipſaꝝ uel fructibus ipſoꝝ cum beſtiis puniatur pro qualibet beſtia groſſa in duobus ſolidis deñ . & pro qualibet beſtia minuta in . xij . denarijs. Nota quod apparet reformatio qđ nulla perſona cuiuſcunq; ſexus audeat tendere aiolũ ſiue pagellas uel graticciũ cauſa capiendi aues nec columbos ciuium uel comitatinoꝝ ſua pena . xxv . lib. & pro quolibet columbo capto decem lib. & a decẽ colũbis ſupra manus amputetur, & quilibet poſſit accuſare coram quocunq; officiali cũ iuramẽto, & cũ dicto vnius teſtis deuiſu, & lucretᷣ accuſans quartam partem pene, & quartam partem officialis faciens uenire in cõmuni . Libro reformationum . 7 . folio. 6.

DE DANNVM Dantidus in ſiluis, & Nemoribus, & ligna accipiẽtibus. Cap. XVI.

i Tẽ ſtat. & ord. qđ ſiquis perſonaliter dannũ dederit in ſiluis uel nemoribus incidendo uel aliter deuaſtãdo uel ligna accipiendo puniatᷣ in . xxxx . ſol . deñ. pro qualibet, & qualibet vice ſi uero dannũ datum fuerit cum beſtijs puniatur. pro qualibet beſtia groſſa in duobus ſol. & pro qualibet beſtia minuta & qualibet uice in ſex denariorum pena.

DE DANNVM Dantibus in magiatichis uel ſtoppijs uel ſodis. Cap. XVII.

i Tẽ ſtat. & ord. qđ ſiquis intrauerit uel dannũ dederit perſonaliter in aliqua terra magiatica uel ſtoppia uel ſoda puniatᷣ pro quolibet, et qualibet uice in . x . ſol. deñ. ſi uero cũ beſtijs pro qualibet beſtia groſſa in duobus ſol. deñ . puniatᷣ. Pro minuta uero puniatᷣ pro qualibet, & qualibet uice in ſex deñ Et in caſibus huius capituli procedi non poſſit niſi per accuſationem.

DE DANNVM DANTIBVS IN SEPIBVS. Cap. XVIII.

